

90 tui concessa est: posteriorem autem, ut sit commissio, & pereat re integra: quoties in eorum fauorem cū quibus dispensandum est, conceditur. At non contradicunt nostræ sententiæ, sed sunt illi conformes. Quia loquuntur de potestate dispensandi, & sic de ministro voluntariè exequuturo.

90 Tria tamen obseruanda sunt. Primum est, quoties committitur alicui aliquid faciendum erga determinatam personam, censenda est in dubio commissio in illius personæ fauorem facta: ac proinde eam non esse gratiam factam, sed faciendam (intellige iuxta dicta num. 87. quando est gratiæ exequutor voluntarius.) Quare ex ijs, quæ præcesserunt coniectandum est, an sit gratia in fauorem petentis concessa: unde allegati esse gratiam factam in fauorem dispensaturi, & non commissionem gratiæ faciendæ in fauorem eius, cum quo dispensatur, incumbit probandi onus. Sic Ioann. Andr. cap. in causis. num. 38. de elec. & c. si cui nulla, statim in principio, de præben. in 6. & ibi Dominicus num. 6. Francus, n. 1.

91 Secundum est, siue dicamus commissiones has dispensandi esse gratias factas, siue faciendas, id necessariò fatendum est, si ià commissarius dispensat ad matrimonium, vel ordines: & antequàm is cum quo dispensatum est, utatur dispensatione, iniens matrimonium, vel recipiens ordines, dispensans obeat, dispensationem nõ perire. Tùm, quia res non erat tempore mortis integra. Tùm etiam, quia cum iam semel dispensatio sit legitime facta, non retrahatur ex superuenienti facto. Sic citato Federico Rosella, verb. gratia. num. 1. & ibi Angelus num. 2. Syluest. quæst. 2. Tabiena. q. 5. num. 6. Armilla nu. 5. idem Angelus. verb. dispensatio, sine, & ibi Syluest. q. 6. nu. 11.

92 Tertium est, dispensationes, quæ à legato Apostolico, vel à summo Papæ penitentiario expediuntur, nullatenus expirant morte Papæ re integra: quanuis dicamus eas esse gratias faciendas. Quod neutrum officium expirat morte Papæ re integra. Ut de officio legati deciditur expressè. c. legatos, de offic. legati. in 6. & idem deciditur de officio penitentiarij, in Clem. 2. §. eo tamen prouiso, de elect. An verò expirant morte penitentiarij, vel legati re integra? Diximus num. 87.

93 Vltimò deducitur, quid dicendum sit de priuilegijs in bulla Cruciatæ concessis, an expirant morte Papæ concedentis re integra? Et quidem nemini dubium est, indul-

gentias ibi concessas visitantibus altaria, & facultates edendi iacintia, & similes à nullius executione pendentes, minimè expirare. Quòd illa omnia continent gratiam factam. At dubium esse poterit de indulgentijs semel in vita, & semel in mortis articulo per confessarium concedentis, ac absolute à reservationis, votorumque commutatione per ipsum præfatis. Quia cum hæc videantur continere gratiam faciendam, ut potè quæ à confessarij executione pendit, videtur dicendum ea perire morte concedentis re integra. Aliqui neoterici ea non perire tuerentur, ducti hac ratione. Quia gratia faciendæ non perit concedentis morte, quando est gratiæ iam factæ accessoria. (vt num. 43. diximus.) At bulla principaliter conceditur ad indulgentias, & priuilegia: quæ sunt gratiæ factæ. Et accessoria est iurisdicctio confessori data. At hæc ratio displicet. Quippe nequid dicitur accessoria gratiæ ea confessoris potestas. Tunc enim (vt eo. num. 43. explicauimus) dicitur potestas exequutoris accessoria gratiæ, quando datur ad exequendum gratiam iam factam. Ut constat ex cap. si super gratia, de offic. deleg. in 6. At confessarius non debet exequi gratiam iam factam: sed ipse debet eam concedere absolute à reservationis, commutando vota, & concedendo duplicem illam indulgentiam. Quare defendendum est, eas facultates nõ perire. Quia non directè conceduntur confessario, sed ipsi penitenti, qui eligat confessarium, ut hæc exequatur. Unde continent gratiam factam ipsi penitenti. (Sicut num. 75. diximus de licentia eligendi confessarij.) Atque proinde omnia illa sunt gratiæ factæ ipsi penitenti. Præterea, quia esto gratia fieret directè confessori in fauorem penitentis: confessor tamen non est minister voluntarius, sed necessarius: teneatur enim electus virtute bullæ concedere penitenti postulanti omnia illa, quæ bulla indulget. Ut bene docent Stronica de voto. quæst. 5. num. 38. Aragon. 2. 2. quæst. 88. artic. 12. fol. 104. Vivaldus candelabro Sacramentorum. 2. par. cap. 14. num. 58. Et ratio est, quia est iudex delegatus in fauorem penitentis petentis ius, quod ex priuilegio habet. Cum ergo confessarius sit exequutor necessarius: ea omnes gratiæ censentur iam factæ: iuxta dicta nu. 87. Tadem, quia bulla ipsa præscribit annum, quo duret. At etiam gratia ad beneplacitū concedentis, quæ morte ipsius expirare

debe-

debebat, non expirat ante tempus in ea præscriptum. (vt dixi num. 51.) Et ita hac ratione hoc defendit Henriquez lib. 7. de indulg. cap. 21. num. 4. sine.

94 Tandem vt in compendium redigā, quæ in tota hac disputatione fusiùs dicta sunt: sic distinguendum est. Aut literæ sunt iustitiæ, & tunc pereunt morte concedentis re integra, secus si res non sit integra. Dicitur autem res non integra, quando iudex legitime iussit partes citari. Aut literæ sūt gratiæ, & tunc sic distinguendum est. Aut ea gratia eum limitatione conceditur: aut absolute. Si cum limitatione, aut ad beneplacitum, & voluntatem personæ concedentis, & tunc cessat concedentis morte, quanuis res non sit integra: secus si concedens dicat, donec reuocauero, vel talem re fecero, si enim ante mortem non reuocet concedens, vel non faciat illam rem, gratia est perpetua. Atque eadem perpetuitate gaudebit, si ad beneplacitum Sedis concessa sit. Quòd si absolute concedatur gratia, aut est facta: quia, nempe, respectu eius in cuius fauorem conceditur, à nullius executione pendet, aut pendet ab executione commissarij necessarij, ut potè cui imponitur præceptum exequendi, vt cõtingit in dispensationibus matrimonialibus, & nõ perit gratia morte concedentis, quantumuis res sit integra. Aut est gratia faciendæ, quæ,

(scilicet, respectu eius, cui sit non est perfecta) concessa, sed pendet ab executione commissarij voluntarij, ut potè cui nõ præcipitur exequi, sed sola executione gratiæ licentia datur, & perit morte concedentis re integra: secus re non integra. Dicitur autem res non integra in his rebus, in quibus non est citatio partis, & quo commissarius primum actum exercere cepit correspondentem citationi partis in iurisdictione contentiosa. Ut si cepit vocare partem, ad cognoscendum de precū veritate.

Ad argumenta num. 86. proposita respondetur. Ad primum constat ex dictis num. 87. vbi probauimus eum textum non intelligi de mandato obligante, sed de licentia: & reprobauimus cõtrarium tenentes. Ad confirm. constat ex dictis num. 89. vbi eam doctrinam approbauimus, & ostendimus esse conformem nostræ sententiæ. Ad secundū dic nos non asserere has dispensationes esse perpetuas ratione modi concedendi ex parte dantis. Nam sic deberet finire morte, ut potè nomine personæ concessæ. Sed asserimus eas esse perpetuas, quia sunt gratiæ factæ, & absque temporis limitatione. In quo casu perpetuæ sunt, quanuis nomine personæ concedatur. Ad vltimum dic eam esse iurisdictionem contentiosam inter partes: & idè cessare mortem concedentis re integra.

DISPV. VIGESIMANONA.

An dispensationes, & ceteræ gratiarum literæ expirant, si nondum literis expeditis obeat concedens: atque ad sui valorem scriptura indigeant?

SVMMARIVM.

Proponitur probantia exigis scripturam ad valorem gratiæ. num. 1.

Non est necessaria scriptura ad substantiā gratiæ. num. 2.

Nec expirat mortuo Pontifice ante literas expeditas. num. 3.

Fas est in foro conscientie ea vti, ante expeditas literas. num. 4.

An possit solui, & recipi pensio literis non expeditis. num. 5.

An gratia habens annexam iurisdictionem, valeat, nec expirat ob concedentis mortem ante literas concessas? num. 6.

Quid, si illa gratia esset ad aliquid faciendum, vt ad testandum, an ante literas expeditas

moriente concedente expirat? num. 7.

An ad probationē gratiæ semper exigatur scriptura? num. 8.

An dispensatio suffragetur in foro externo literis non expeditis: & quando expediuntur, suffragentur ex tunc, an potius à tempore concessione: licet capto iam iudicio literæ impetrentur? num. 9.

An literæ concedentes iurisdictionem iudici exigantur ante iudicij initium, vt id valeat? num. 10.

Soluuntur argumenta. num. 11.

ET Quidem videtur necessaria scriptura ad gratiæ valorem. Quòd per literarum expeditionem detur forma, & sua perfectio gratiæ: at que

adèd

adeo antea dicitur informis, & imperfecta: ut ad hoc probandum afferunt multa Ludouicus Gomez regula Cancellariae de nō iudicando iuxta formam supplicationis. q. 1. num. 2. & seqq. Molina lib. 2. de primogenijs cap. 7. num. 53. & 54. Et docent Decius rubrica de constitut. in 2. lectura. nu. 16. & ibi alij citatis Felinus num. 6. Staphilæus de literis gratia, in principio præludij. num. 11. Flaminius de resignat. benef. lib. 10. quæst. 1. num. 7. & seqq. Secundo, ex regula Cancellariae 53. quæ apud Rebuffū in praxi benef. vbi de regulis Cancellariae, est. 56. vbi disponitur nullam dispensationem suffragari, nisi literis confectis. Et fortius ex regula Cancellariae 50. Gregorij XIII. quæ habetur in libro motuum priorum, vbi loquens de omnibus concessionibus super gratijs dispensationū quorumcumq; sic ait. *Nulla salu dispensatio cuiquam in iudicio, vel extra suffragatur, ante quam super ea litera Apostolica sint confecta.* Ergo in neutro foro valebit antea dispensatio.

2. Prima tamen conclusio sit. Non est necessaria scriptura ad substantiam, & valor gratia: sed statim ac concessa est per verbū fiat, valida est in se, & perfecta quoad substantiam. Ad probationem autem, & vt ex illa agi possit in iudicio, indiget expeditione literarum. Probatur ex Clement. dudum. verb. in quibus per ipsos, de sepul. i. bi: *Vniuersa priuilegia, gratias, vel indulgentias, verbo, seu scripto, seu quacumq; forma.* Et ex cap. institutionis. 25. quæst. 2. quod est ex D. Gregorio Papa, ibi, *Sine qua scripto de creuimus, sine qua in nostra presentia videtur esse disposita.* Secundò, quia gratia est donatio quedam. Constat autem donationem statim ac fit, esse in se perfectam, instrumenti donationis minimè confecto. Et ita hanc tenent Glossa. d. d. Clement. dudum. verb. verbo: & ibi Imola num. 51. Anchar. nu. 39. & 40. Cardin. vers. nos etenim, notabili 2. Innocen. cap. constitutus. num. 2. sine, de rescript. Archid. in proœmio sexti. §. finali num. 2. & ibi Ioann. Andr. verb. sacrosanctæ. num. 5. & seqq. Dominicus. verb. vniuersitati. num. 4. Francus eodem. verb. num. 2. idem Cardin. in proœmio Clementinarum. verb. hæc sanctæ. num. 3. quæst. 5. & ibi Bonifacius. §. nunc igitur. num. 15. & 16. Abbas cap. in nostra. num. 11. de rescript. Bald. l. humanum. C. sine. C. de legibus: & l. finali. num. 1. C. de communi seruo: & l. fin. num. 6. C. sententiam rescindi nō pos-

se. Felinus rubrica de constitut. num. 5. & ibi Decius in noua editione, in prima lectura, ad num. 37. vsq; ad 43. Berouus nu. 83. Ripa num. 50. Mandosius num. 40. & seqq. Bofchus num. 110. Ferrerius num. 18. Antonius de Burgos num. 144. Riminald. nu. 129. Alexand. consil. 107. num. 4. volum. 7. Gygas de pensionibus. quest. 34. num. 1. 2. 3. & quæst. 40. num. 2. & 3. Caslanæus in consuetudinibus Burgundia, rubrica 1. §. 5. num. 180. Parisus consil. 5. num. 60. & consil. 77. num. 12. volum. 4. Cellus consil. 16. num. 6. Berthachinus tractatu de Episcopopo, lib. 3. par. 1. num. 53. Rebuffus. cap. postulatistis, in glossa. verb. retinere. nu. 21. de clerico ex comm. minist. & praxi benef. tit. de dispensatione ad plura beneficia. nu. penultimo, & tit. gratia rationi congruit. nu. 2. & tit. de signatura gratia. p. 2. num. 15. & in concordatis, rubrica de mandatis Apostolicis. §. 1. verb. literas. Riparesponso 13. num. 4. de rescript. Casadorus in suis decisionibus. tit. de causa possessionis, decisionē 4. num. 2. Bartholom. Socin. consil. 41. num. 3. volum. 3. Ludouicus Gomez regula cancellariae de non iudicando iuxta formam supplicationis. q. 1. num. 8. Staphilæus de literis gratia. tit. quibus modis expirant literæ ad beneficia, statim in principio. num. 8. Rota in nouissimis, decisio. 89. lib. 2. & decisio. §. 1. num. 3. Rosella. verb. priuilegium. num. 16. & ibi Sylu. quest. 1. 4. Armilla. num. 10. Tabiena. q. 10. num. 11. Castillo. l. 41. Tauri. num. 4. & ibi Anton. Gomez. num. 2. Nauarr. lib. 5. consil. in 2. editione. tit. de priuileg. consil. 1. num. 1. & §. in Leuiticum, notabili 26. nu. 6. & cap. accepta, oppositione 8. num. 30. de restit. spoliat. Bofchus in sua practica. tit. de Principe. num. 293. Molina lib. 2. de primogenijs. c. 7. num. 55. Pelæus de maioratu, in prima editione. 1. p. quæst. 62. nu. 1. Marcuardus de probat. concl. 845. nu. 20. Gutierrez consil. 9. num. 6. Brunorus in suo compedio, litera G. verb. gratia perferitur, & litera L. verb. literas Apostolicas. Azabedo lib. 5. Recopit. tit. 7. l. 2. nu. 11. & 12. Matienzo eadem. l. 2. Glossa 3. num. 1. Auendaño. l. 43. Tauri, glossa 1. num. 1. & ex Theologis, Molina tomo 3. de iustitia, disput. 599. num. 1. Grassis. 1. p. decisio, lib. 1. cap. 13. num. 51. Sayro de penitentia. c. 22. num. 3. sine.

Hinc deducitur, gratiam non expirare mortuo Pontifice ante expeditionem literarum. Quòd iam perfectè facta sit, nilq;

ad

ad eius valorem desideretur. Atq; ita docent Archid. Ioan. Andr. Abbas, Dominicus, Francus, Chassanæus, Bofchus, Rosella, Sylu. Armilla, Tabiena num. precedenti allegati. Baldus. l. humanum 8. sine. C. de legibus. Decius consil. 407. nu. 17. vol. 1. & cap. relatum, in noua editione nu. 2. 1. de offic. deleg. & rubrica de constitutionibus, in 1. lectura nu. 40. vbi Felin. nu. 5. Berouus. 83. Ripa. nu. 50. Riminald. nu. 129. Mandosius num. 48. sine. Bofchus num. 111. Antonius de Burgos nu. 144. Cacialupus. l. more nu. 27. ff. de iurisd. omni iudic. Rebuffus praxi benef. tit. de gratia rationi congruit num. 2. idem Sylu. verb. gratia q. 2. vbi Angelus num. 2. Tabiena q. 5. nu. 6. Antonius Gomez. l. 41. Tauri num. 2. Nauar. §. in Leuiticum, notabili 31. num. 26. Molina lib. 2. de primog. c. 7. num. 57. Gutier. q. canon. lib. 2. cap. 17. num. 4. & q. prædictis, lib. 2. q. 75. num. 2. & q. 74. nu. 2. Antonius Gabriel tomo 3. communi opin. lib. 6. tit. de præbendis, conclusio 1. num. 2. Brunorus in suo compedio, litera G. verb. gratia perferitur. Azabedo lib. 5. Recopit. 7. l. 2. nu. 7. Auendaño. l. 43. Tauri, glossa 1. nu. 2. & ex theologis, Molina. Sayro nu. precedenti allegati. Grassis 1. p. decisio num. 1. cap. 12. num. 53. Manuel. q. regularibus tomo 2. q. 26. art. 8. Quare minus bene Castillo. 43. Tauri num. 1. ait expirare gratiam mortuo concedentis ante literarū expeditionem. 4. Secundo deducitur, integrum esse cuiuspiam in foro conscientie vti gratia concessa, & si literæ nondum expeditæ sint. Constat ex dictis nu. 2. Si enim ea gratia est in se perfecta, & quoad substantiam, solūmq; quoad probationem in foro externo indiget scriptura, licebit ea vti in foro conscientie ante literarum expirationem. Sic Abb. clem. dudum, ad finem, de sepul. Felin. c. ex diligenti num. finali. de simonia: & rubrica de constit. in 6. vbi Antonius de Burgos nu. 152. Rebuffus praxi benef. tit. de signatura gratia, in principio num. 8. & tit. de dispensatione ad plura beneficia num. 14. & cap. postulatistis, in glossa. verb. retinere nu. 20. de clerico. ex comm. minist. & in concordatis, rubrica de mandatis Apostolicis §. 1. verb. literas vers. 4. in foro conscientie. Ludouicus Gomez regula de non iudicando iuxta formam supplicationis. q. 14. verb. breuiter prædictis non obstantibus. Gygas de pensionibus. q. 34. nu. 6. sine & sequentibus. Mandosius regula 27. cancellariae. q. 7. nu. 42. Nauar. §. in Leuiticum, notabili 26. & c.

accepta, oppositione 8. num. 30. de restit. spoliat. Mascard. de proba. c. conclusio 843. nu. 30. & ex theologis, Molina tomo 3. de iustit. disp. 599. nu. 1. Henriquez lib. 7. de indulgent. cap. 20. num. 6. in commento, litera D. & cap. 21. num. 7. & lib. 12. de matrim. cap. 3. num. 7. Emmanuel Sa summa verb. gratia nu. 21. Nec hinc sententia aduersantur Petrus de Ledesma de matrim. q. 56. art. vltimo, dubio 3. conclusio 1. & summa sacram. vbi de matrim. c. 27. in fine certæ conclusionis. Manuel. 1. tomo summae in 2. editione cap. 236. sine. Vega 1. tomo summae c. 88. casu 2. solū enim dicit dispensationes literis non confectis minimè prodesse in iudicio, nec extra. Quæ sūt verba expressa regulæ cancellariae Gregorij XIII. quam n. a. retuli, vnde eodem modo explicanda sunt, sicut eam regulam expræbō num. vltimo.

Quare recedendum est à sententia Hieronymi Pauli practica Cancellariae tit. de latoraria super proponente, seu vouente ingredi. §. vbi Papa concedit, vbi alij citatis ait non posse quempiam tunc conscientia solueri, seu recipere penitentiam super aliquo beneficio assignatā, nisi literis confectis. Quòd mens Pontificis concedentis eam gratiam, sit sub tacita conditione, si literæ expendantur: contra quam consensus partium nil prodest. At concedi posse in foro conscientie, si partes terræ sint literas expeditas esse, est nondum præsentata sint. Et idem ait de omnibus commissionibus gratiosis habentibus clausulam requirementi informationem, aut eandem cognitionem: scilicet vbi ea non requiritur. Et idem asserit de dispensationibus Ludouicus Gomez sibi contrarius regula de non iudicando iuxta formam supplicationis §. 19. dicens eas non suffragari etiam in foro conscientie, nisi literis expeditis. Sed contrarium in dispensationibus tenent omnes Doctores num. precedenti allegati. Et pensionibus quoq; posse recipi, & solui in foro conscientie, vbi gratia verbo concessa est, est literæ non sint expeditæ, docent Gygas, Ludouicus Gomez, Mandosius num. precedenti allegati. Imò Rebuffus de pacificis possessoriis num. 157. conclusio 21. & praxi benef. in signatura gratia 3. p. num. 11. asserit si inter partes sit conuentum, vt concessa per Pontificem pensio solueretur adhuc literis non expeditis, tamen solueri eum, qui ita conuenit. Trāfactis autem sex mensibus à concessione per Pontificem facta,

non

no potest amplius recipi, aut solui pensio non coeferat literis. Quia ita decrevit Pius V. in quodam motu proprio excommunicationem. Pontifici reseruatam imponens soluenti, vel solutionem recipienti pensio nis, quae a tempore semel tris transactio solueda erat. Ita referunt Corduba summa. q. 166. Manucl. 2. tomo summae c. 21. num. 9. Vega 2. tomo summae cap. 65. in vltimo casu.

6 Dupliciter autem solet conclusio tradita limitari. Primo modo, nisi gratia illa annexam habeat iurisdictionem: tunc enim nec est perfecta, nec post coeferentis mortem duraret, literis non coeferat. Sic tenet aliqui teste Archidiacono in proemio sexti. §. final. num. 2. Sediure optimo hanc limitationem eo quod nullo iure probetur, reijciunt Archid. ibi Angelus verb. gratia num. 2. & ibi Sylu. q. 2. Tabiena. q. 5. nu. 6. Alex. c. 661. 107. num. 4. volum. 7. & faciunt ceteri Doctores. nu. 2. relati, qui absq; hac limitatione conclusionem affirmarunt.

7 Secundò limitari solet, vt intelligatur quando gratia nil amplius quàm ipsam Principis concessionem desiderat. Vt si sit de aliqua obligatione contra remittenda, aliquo iam facto confirmando, secus quando gratia, vel privilegium sunt ad aliquid in posterum faciendum, quod absq; hoc privilegio non liceret, sicut irritum esset. Tunc enim non valeret gratia, nec virtute illius is actus licite, aut valide fieri posset, nisi prius litera illius gratiae expediretur. Ita Baldus. l. falsus num. 21. C. de furtis. Molina lib. 2. de primog. cap. 7. nu. 57. Guierrez q. canoa. lib. 2. cap. 17. num. 4. & q. practici. lib. 2. q. 75. num. 2. Auendaño. l. 43. Tauri. glo. 1. num. 2. Manuel. q. regular. tomo 2. q. art. 8. Vnde infert Guierrez ea. q. 75. num. 2. & Manuel. eodem art. 8. licentiam testandi concessam à Pontifice Episcopis, expirare mortuo eo ante literarum expeditionem. Quod sit gratia ad aliquid faciendum. Sed optimè alter Molina tomo 3. de iustitia, disp. 599. num. 4. ab hac limitatione recedit. Et fauentalij num. 2. allegati, qui generaliter conclusionem affirmarunt. Quippe nulli solido fundamento immititur hæc limitatio. Et quia constat fecerit cancellariae regulis validam esse gratiam ad aliquid efficiendum, et si litera coeferat non sint. At regula cancellariae gratias has non irritat, sed ad solius fori externi probationem expediri literas percutit. vt num. vltimo videbimus.

8 An verò semper ad gratia probationem litera hæc desiderentur? Consulendi sunt Mascardus de probat. conclusio 845. à num. 21. Canallus. q. pract. q. 722.

9 Secunda conclusio. Dispensatio non suffragatur in foro externo literis non expeditis: at quando semel expeditur, suffragatur à pũdo gratia concessa, & non solum à puncto expeditionis literarum, etiam si mortuo Papa, qui eam concessit, litera expediantur nomine sequentis Pontificis in forma, quia rationi congruit. Itaq; si ante finitum iudicium litera quoenq; tempore expediantur, gratia & dispensatio suffragabuntur, quantum in principio iudicij solo verbo concessa inueniantur. Quia regula cancellariae petentes literarum expeditionem vt dispensatio suffragetur in foro externo, non petunt à principio iudicij literas expeditas esse. Ita Bartholomæus Socinus consil. 41. num. 3. volum. 3. Ludouicus Gomez regula de non iudicando iuxta formam supplicationis. q. 6. num. 1. Molina lib. 2. de primogenijs cap. 7. num. 56. alter Molina tomo 3. de iustitia, disputat. 599. num. 1.

10 Vltima conclusio. Litera iurisdictionem concedentes iudicibus, qui per eas deputantur, requirunt necessariò ante iudicij initium eas expeditas esse: ita vt si iudicium inchoetur coeferat supplicatione, nondum tamè literis expeditis, & intimatis, est omnino nullum, nec valere obtinebit, eo quod in iudicij progressu litera expediantur, & presententur. Constat ex regula Cancellariae de non iudicando iuxta formam supplicationis. Item quia eodem iurisdictionis exercitium non acquiratur ante literarum presentationem, vt probat multis allegatis Molina de primog. statim referendis, quidquid antea gestum est, corrumpit defectu iurisdictionis in iudice. Sic Molina lib. 2. de primog. cap. 7. num. 56. & 57. Ludouicus Gomez, & alter Molina num. 2. vbi eos iur. precedenti referunt.

11 Ad argumenta num. 1. proposita responderetur. Ad primũ, dic gratiam ante literarum expeditionem ad eum sensum esse informem, & imperfectam, vt non sit foitita omnem perfectionem suam regulis cancellariae petita, vt in vtroq; foro suffragari valeat, ac probari possit. Ad secundũ dic regulam Cancellariae 33. non dicere gratiam non valere literis non expeditis, sed non suffragari. Quod intelligi in solo foro externo iudicij det id verbum, suffragari, quoad ad forum

contentiosum trahitur, & propriè significat aliquod ad controuersiam pertinens. Vt notant Doctores in rubrica C. de suffrag. Ita respondent Gygas de pensionibus. q. 34. num. 10. Ludouicus Gomez regula de non iudicando iuxta formam supplicationis. q. 1. Molina tomo 3. de iust. disp. 599. num. 1. Sed maius dubium est, qualiter responderi possit ad regulam Gregorij XIII. ibi propositam, quæ asserit nec in iudicio, nec extra suffragari posse. Sed dico mentè Pontificis esse, non innouare receptissimam doctrinam, vt ea dispensatio deinceps non proficit in foro conscientiae: sed solum vt extra

forum conscientiae ad nullum alium effectum proficit, siue verè, & propriè iudicium sit, quale est contentiosum inter partes, siue iudicij fori externi non contentiosum: vt quòd non est inter partes: sicut ad alios externos effectus. Vt si velit quispiam ratione huius dispensationis nondum literis expeditis admitti ad officia aliqua, siue ad alios actus in iudicio, vel extra, quorum seclusa dispensatione est incapax. Et constat, quia non dicit regula, vt dispensationes non valeant, sed vt non suffragentur in iudicio, vel extra: ita vt si aliquis etiam extra iudicium se opponat, non suffragetur.

DISPV. TRIGESIMA.

Quo tempore verificari debeant cause dispensationis, & an eis postea cessantibus euaneſcat dispensatio?

SVMMARIVM.

Q Vadplex est tempus, in quo potest considerari veritas precum num. 1. An desideretur veritas esse causas tempore, quo mittitur ad dispensationem obtinendam: an postea sufficiat postea verificari, dum Pontifex eam concedit num. 2. An desideretur causas verificari tempore, quo conceditur dispensatio Romæ, nec sat sit tempore quo mittitur, vel quòd ordinarius preces examinat & proponuntur probantia sufficere hoc duplex tempus num. 3. Explicatur sententia Authoris, num. 4. Qua cautela debent ordinarij, & confessores examinare preces. num. 5. Explicatur quod duplex sit dispensationis effectus, & quando sit indissolubile. num. 6. Causa impulsus dispensationis cessante, an cesset dispensatio: & in dubio an sit impulsus, an finalis num. 7. An quando causa finalis tempore, quo coeferat est dispensatio facta vera, at postea cessat, non tamen omnino euaneſcat dispensatio? num. 8. Quid, in dubio an cessarit causa finalis num. 9. An quando dispensatio deducta est ad vltimum effectum, cesset cessante causa? num. 10. Quid, quando ad eum deducta non est, & cessat causa veritas, an eadem ordinarius dispenset? Resertur opinio num. 11. Rotasus dispensandi si preces veritate nitantur non habet vim dispensationis: & si causa finalis fuit vera tempore, quo Pontifex concessit, at cessat eius veritas dum ordinarius debet exequi, non satis est. num. 12.

Quid, si cesset postquam iam ordinarius dispensauerit, an non est ad effectum deducta, aut si deducta sit, in potest dissolui? Resertur opinio num. 13. Explicatur sententia Authoris, num. 14. Vt dispensatio finalis sit, debet causa finalis verificari à tempore, quo Roma dispensat, & quo ordinarius, vel confessor exequitur: nec debet omnino cessare donec vltimum effectum indissolubilem sortitur num. 15. Quid, si causa vera sit tempore quo Pontifex dispensat, & quo ordinarius exequitur, at tempore inter vtrunq; medio veritas cessauerit num. 16. An si postquam ordinarius dispensauerit, nec ad effectum deducta est, cesset causa, ita exiungatur dispensatio, vt causa redente non redat num. 17. Quid, si ex dispensatione inicum est matrimonium cum voto castitatis, vel religionis, & eo semel inito, ac dissoluto cesset causa? Remissioe num. 18. Satis est argumētum. num. 19.

Q Vadplex tempus est, in quo dubitari potest, an cause in precibus narrate debeant esse veræ. Primum est, quando impetrans misit Romam. Secundum est, quando Pontifex, vel penitentiarius literas coeferat, committens ordinario, vel confessori vt dispenset. Tertium, quando ordinarius, vel confessor dispensat. Quartum, quando dispensatione vtendum est.

2 Circa primum ergo tempus, existimant aliqui dispensationem esse suprepticam, quando causa falsa fuit tempore, quo missum est Romam, licet vera sit quando Pötifex, vel pönitentiarius dispensationem committit, & deinceps. Ducuntur, quod cum causa allegata sit dolose, ac animo Pötificis decipiendi, nec dolus suffragari alicui debeat: videtur contra eius mentem impetrata, vt potè, qui nullatenus concederet doli conficius. At huic sententiæ non accedo. Quod Doctores omnes, & textus, quos n. 4. referam, solam causæ veritatem tempore concessionis Pontificiæ attendant: nec tempus anteedens in consideratione sit. Adde clausulam illam in dispensationibus appositam, si preces veritate nitantur, ad id tempus referri, quo Pontifex, vel pönitentiarius dispensationem concedit. Quia veritate precum postulat, ne dispensatio à reäitudine deficiat sit dispensatio. Ad quod nil refert an causa tempore precedenti fuerit vera, nec nefas an tunc vera sit. Nec obstat Pontificem fraudis conficius non cöcessurum. Quia taciturnitas veri, vel falsi expressio extrinseci, nec conferentis ad dispensationis substantiam, illam non vitiat, quouis Princeps veritate cognita non dispensaret (vt probaui disput. 21. nu. 18.) Huiusmodi autè est veritas causæ pro tempore præterito: eò vel maximè quod Pontifex denegaret in penam doli, quam dolosus subire non tenetur, ante quàm sibi infligatur.

3 Secundum tempus est, cum Pontifex, vel pönitentiarius committit ordinario, vel confessori dispensationem, cum clausula, si preces veritate nitantur. Atq; de hoc tempore dubitatur, an opus sit preces tunc esse veras, an sufficiat fuisse veras tempore præcedenti, quo missum est Romam pro dispensatione impetranda: vel tempore subsequenti quo ordinarius, vel confessor est dispensaturus? Et videtur sufficere earü veritas priori, aut saltè hoc posteriori tempore. Quippe illius clausulæ, si preces veritate nitantur, is videtur sensus, si preces veræ sint, quatenus fuerit Pötifici ppositæ. At hoc modo veræ sunt, nam tempore quo ppositæ fuerunt, erant veræ. Insuper quia cum Pötifex veritatem precum non examinet, nec dispense: sed vrüq; committatur ordinario, vel confessori, sufficere veritas causæ tempore quo hi dispensant. Et confirmatur, quia veritas causæ exigitur vt dispensatio licite concedatur. Ergo tunc eam

adesse sat erit, cum dispensatio fit.

At dicendum est, desiderari vt tempore concessionis Pontificis, vel pönitentiarij, causæ allegatæ veræ sint: quare subrepticam erit dispensatio, si tunc veræ non sint, quavis tempore præcedenti fuerint, vel tempore subsequenti veræ existant. Probat ex cap. quia circa, de consanguin. vbi dicitur falsam fuisse causam allegatam ad dispensationem matrimonialem, nimirum, prolem habitam. Et redditur ratio his verbis.

Cum tamen ante dispensationem obtentâ, viam fuerat vniuersa carnis ingressa vnica filia, quâ habebat. Ergo non sufficit tempore præcedenti causam fuisse veram. Secundò, probatur ex cap. si eo tempore, de rescript. in 6. vbi deciditur eum, cui prouideri mandatur de beneficiis curato, non posse id consequi, si tempore datæ non sit legitime ætatis, quavis tempore collationis eam ætatem adus sit. Et reddit hanc rationem textus.

Cum tempore data non esset idoneus. Vbi Glossa verb. cum tempore, allegans alios textus concordantes: ait tempus datæ inspicendum. Ratio autem est, quia Pontifex ipse, vel pönitentiarius est, qui re vera dispensationem concedit: & solam executionem ordinario, vel confessori remittit, præmissis veritatis precum examine. Ne ergo illi sint iniqui dispensatores, oportet tunc veram esse causam. Deinde quia sensus eius clausulæ, si preces veritate nitantur, is videtur esse. Si preces mihi ppositæ veræ sunt. At non dicitur verè ppositæ, si vel tempore precedenti, vel subsequenti verificentur, si quando Papæ, vel pönitentiario proponuntur non sunt veræ. Et ex his patet solutio ad rationes contrarias numero. præcedenti adductas. Et ideò hanc sententiam sustinent Hostiensis. dicto cap. quia circa, paulò post principium verb. ingressa, & ibi Ioann. Andreas num. 3. Anton. num. 3. notabili. 3. Abbas num. 4. Alexander de Neuo num. 4. Præpositus nu. 1. notabili 3. Rebuffus tomo 2. cöstitutionü regiarum, tit. de rescriptis, in præfatione num. 56. vers. 14. Milis in fuo repertorio, litera G. num. 3. verb. gratia, statim in principio. Mascardus de probat. conclusionè 1128. num. 22. Gutierrez. q. canon. lib. 2. cap. 15. nu. 131. 133. & ex Theologis, Corduba summa. q. 45. opinione 2. p. ubi 1. Petrus de Ledesma sum. Sacram. vbi de matr. c. 27. post 7. concl. difficultate 4. Manuel 1. tom. sum. in 2. editione c. 28. n. vltimo Vega 1. tomo summe c. 88. casu 4.

Hinc

5 Hinc inferitur, ordinarios, vel confessores, quibus hæ dispensationes committuntur, cauti simè se habituros esse, dum precum veritatem examinant. Nam facillimo negotio decipiuntur solâ causæ veritatem examinantes. Cum spe contingat eius veritates post concessionem Romæ factâ. v. g. allegatur feminam iacturam famæ passam esse ex frequenti conuersatione cum viro cui nuptura est, & sæpe ea infamia post tempus datæ dispensationis suborta est. Vnde cauti simè; & magna diligentia inspicere debent tempus datæ, & examinare an tunc verificetur causa. Id enim esse necessarium ne dispensatio sit subrepticia, diximus numero. præcedenti.

6 Circa tertium, & quartum tempus, est rursus dubium, an si causa fuit vera tempore quo Pontifex, vel pönitentiarius concessit Romæ dispensationem, at postea eius veritas cessat, siue tempore quo ordinarius, vel confessor dispensaturus est, siue postquam dispensauit, antequam executioni mandetur id, quod est impetrata dispensatio, ea eueneat, ex causâ cessatione? v. g. Maria allegauit dotis competentis defectum vt se cum dispensetur, & verè tunc, & quando Pontifex gratiâ concessit, pauper erat: at postea vel ante quàm ordinari dispensationem exequeretur, vel postquam excecus est, ante quàm matrimonium iniret vitæ eius dispensationis comparauit dotem sufficere. Dubitatur an huius dispensationis valor cesset, eò quod eius causa cessarit. Res est difficilis, & quod ea enodetur, præmittendum est duplicem esse dispensationis esse dū. Quidam est proximus, nimirum, ablatio vinculi legis impediens rem fieri. Alter verò vltimatus, nempe, opus illud ad quod faciendum conceditur dispensatio: vt matrimonium, non recitare, non ieiunare. Insuper hic vltimatus effectus aliquando est indiuisibilis taliquando verò diuisibilis. Indiuisibilis dicitur quando eius est natura, vt quantitas ex pluribus cõstet partibus, & sit opus facultatum. Et commodè diuidi non potest. Huiusmodi est matrimonium, non enim commodè diuidi potest, vt is eum quo dispensatur ad illud in eundem, pro aliquo tempore vtatur matrimonio, & pro alio non vtatur. Et similiter est dicendum de dispensatione ad ordines. Vt vrüq; explicabitur latius numero. 10. Diuisibilis autem est, quando commodè diuidi potest. Vt dispensatio ad edendas carnes, vel non ieiunandum in quadragesima, vel ad non recitandum officii diuinum.

dum in quadragesima, vel ad non recitandum officii diuinum.

7 Vt ergo à certioribus incipamus, quando causa, quæ à principio fuit vera, erat impullua licet postea cesset, non corrumpit dispensatio. Quod fatetur Glossa regula decet verb. decet, de regul. iuris, in 6. & ibi Dynus num. 3. Ripa. l. ex facto nu. 15. vers. & si replicaueris. ff. de vulgari. Tiraquellus tractatu cessatè causa, limitatione 1. nu. 8. Couar. lib. 1. votari. cap. 20. nu. 5. vers. his ita breuiter. Henriquez lib. 1. 4. de irregul. cap. 17. sine. Atq; id probari potest ex multis congestis per ipsummet Tiraquellum eodem tractatu, rora limitatione 4. & 12. Et hoc maximè verum est retenta nostra sententia, quam secuti sumus disput. 21. num. 17. & num. 32. afferenti taciturnitatem huius causæ, vel falsitatem circa illam etiam à principio contingentem, minimè vitare dispensationem. Quando verò sit causa impullua, & quando finalis: & in dubio qualis præsumatur, dixi eadem disput. 21. num. 8. & num. 20.

8 Secundò si causa finalis dispensationis non omninò cesset, sed adhuc aliquot illi reliquæ permanent, non extinguuntur dispensatio. Quia in moralibus non eadè causa requiritur vt primò fiat aliquod opus, & vt permaneat postquam factum est. Et minor causa desideratur ad licitum fieri cõfessionis vsum, quàm ad ipsam concessionem. Quippe facilis quis ab obtinendo rejicitur, quàm ab otento, cap. super his, de accusat. Secundò, quia decet beneficium Principis permanurum, in quantâ fieri potest. regula decet, de regul. iuris in 6. Ergo in eam partem inclinadum est semper, vt permanentibus reliquis causæ concessionis illius beneficij, ipsum quoq; permaneat. Tertiò, quia nec lex cessat, quado non omninò eius causa finalis cessauit. Vt multis citatis probat Tiraquellus tractatu cessatè causa, limitatione 17. nu. 1. 2. 3. Et ideò hanc sententiam tenent Glossa, & Dynus numero. præcedenti allegati. Et multis citatis Rolandus consilio 52. num. 55. volum. 2. Et quauis in lege ea adhibeatur limitatio (vt constat ex Tiraquello eodem tractatu, limitatione 22. num. 12.) quoties reliquæ causæ remanentes sunt tales vt ad legis illius denuò condendæ sufficiant. At in dispensatione eam limitationem non admittent: sed intelligi mentem dispensantis, ac committentis dispensationem esse, vt illa sustineatur, dum non omninò causa defecit,

defecit, quāvis reliquæ manentes non iudicantur sufficere ad priorem dispensationis concessionem. Quia id bono communi expedit. Tum ut scrupulis obuietur. Tum etiā ne beneficia Principis, quæ permanere decet, facile valore suo destituantur: atque periculo velo rescindendæ virtute dispensationis exponantur.

9 Hinc deducitur, in dubio an cessarit omnino causa dispensationis, iudicandam esse dispensationem validam. Quia stat possessio pro ipsa, ubi semel valida fuit. Quare valore suo spolianda non est, dū non constat causam eius cessasse. Deinde quia in dubio an valeat dispensatio, iudicanda est valida (vt probauimus disput. 21. num. 25.) Nedom quando de eius valore semel constitit, & dubitatur an ob causæ cessationem cessarit.

10 Tertiò quando dispensatio ducta est ad vltimatum effectum, nec is commodè diuidi, aut parim reuocari potest, quāuis tunc omnino cesset causa finalis, non cessat dispensatio. Quòd hanc esse dispensationis, aut dispensare committentis mentem, iure optimo præsumatur: ne ex dispensatione graui mala oriatur. Quòd exemplis explicatur. Si enim is, qui virtute dispensationis in voto castitatis ex iusta causa obstricta inijt matrimonium, teneretur postea cessante causa seruare votum, in quantum potest, nempe, non petèdo debitum, vel deberet discedere ab vxore cū magno illius, ac filiorū detrimento, & aliorum scandalo: vel si in matrimonio permaneret, esset eū magno animæ periculo. Similiter si irregularis ex iusta dispensatione ad omnes ordines obstricta recepit subdiaconatū, si cessante tūc causa dispensationis ea cessaret, nec posset ille ad vteriores ordines ascendere, cogere tur ad rem valde difficilem. Cū iam ligatus sit, ne retro cedere valeat alio statu assumpto.

11 At difficultas eò tendit, quando vel dispensatio nondum obtinuit suum vltimatum effectum, vel si nondum est inicum matrimonium: vel si obtinuit, is est commodè diuisibilis. Vt si virtute dispensationis ad edēdas carnes, vel non ieiunandum, cæpisse quis eas edere, & non ieiunare, an si tunc causa finalis dispensationis cesset omnino, dispensatio extinguitur? Quidā (licet non his terminis vtantur) absolute censent factis esse veram fuisse causam tempore quo Romæ dispensatio impetrata fuit. Atque id eā non corruiere subsequitur, quāuis cau-

sa cessarit tempore quo ordinariis, vel confessor precum veritatem examinat. Probat ex cap. quia circa, de consanguin. vbi pōderat textus dispensationem in qua proles habita allegata est, fuisse subrepticam: quia tempore impetrationis cessarat causa, mortua iam prole. Quasi contrarium sentiat textus, si tempore impetrationis proles extitisset, quāuis tempore comprobationis mortua sit. Sicut dicitur de lesione probanda tempore contractus, ad eum rescindendum, vel supplendum pretium. l. si voluntate, & l. 2. C. de rescind. vendit. Sicut tenent Rebuffus tomo 2. constitutio num. regiarum, tractatu de rescriptis, in præfatio num. 56. vers. 14. Mascardus de probation. conclusionē. 1128. nu. 22. Idem tenet Emanuel Sa summa verb. gratia num. 6. vbi generaliter tradit gratiā non perire deficientē causa ex qua cōcessa est: & clarius num. 10. vbi docet dispensationem causa paupertatis cōcessam validam esse, si tempore impetrationis scemina pauper erat, quāuis tempore executionis, & informationis facta sit iam diues. Pro eadem parte posset legari Hérriquez lib. 14. de irregul. cap. 7. sine, vbi in hoc exemplo paupertatis scemina idem dicit. At non est huius sententia, quia ipse se explicat quando ea paupertas non esset causa finalis, sed impulsua. Et hoc verum est, vt diximus num. 7. & solum hic est sermo, quando causa finalis cessat.

Sed hæc sententia omnino displicet. Quia (vt num. sequenti videbimus) omnes sero Doctores cōcordant dispensationem dum est in fieri, ac nondum consummatam esse, cessare cessante omnino causa finali. At id mandatum factum per Pontificem ordinario, vel per præsentiam iur. confessorio, vt dispensent si preces veritate nitantur, non habet vim verā, ac consummatam dispensationis, donec ordinarius, vel confessor dispensent, vt bene reprobat Propositio contrarium sententi cap. quia circa num. 2. vers. quæro nunquid, de consanguin. ac referenti pro se Ioanhem Andream, tenetur Parisius consilio 17. num. 15. solum 4. Iacobus de Puteo decisione 256. num. 10. lib. 1. Couar. latius probans, & dicens Ioanhem Andream non sensisse contrarium 4. decret. 2. p. cap. 6. §. 9. num. vltimo. Nauar. lib. 4. consil. in 1. edition. tit. de cōsanguinit. consil. 7. sine: & lib. 1. tit. de tempor. ordin. consil. 38. sine. & in 2. lib. 1. tit. de filiis presbyt. consilio 3. num. 2. Mandosius

praxi

praxi signatur. tit. de dispensatione. vers. sic. dispensatio est mandatum. Gallego de cognitione spirit. cap. 23. num. 2. & cap. 24. num. 17. Manuel 1. tomo summa, in 2. editione. cap. 238. num. 7. Cuius signum est non valere matrimonium virtute illius contractum, prius quàm Ordinarius, vel confessor virtute illius mandati dispensent: vt bene docet Gallego eodem cap. 23. num. 2. Cū ergo tunc non sit consummata dispensatio, cessabit cessante causa finali. Adde mandatum cessare cessante causa illius finali: vt habetur expressè cap. si pauper, de præbendis in 6. & docent Glossa ibi verb. cesset, & Dominicus num. 3. Tiraquell. tractatu cessante causa, in principio num. 180. Quare dicendum est exigi ad dispensationis valorem, vt causa in eius literis narrata verificetur, & tempore, quo proponitur Pontifici, vel Pœnitentiario: & etiam tempore, quo hi examinata precum veritate dispensationem exequuntur. Quare si causa veritas tunc cesset, euanescet dispensatio, vt potè cuius causa finalis cessauit, dum erit in fieri, & nondū consummata.

15 Superest ergo difficultas, an si cesset omnino causa finalis dispensationis, postquam iam Ordinarius, vel confessor dispensauerunt, & sic omnino perfecta, & consummata est in dispensatio, nondum tamen sortita est suum effectum, quia matrimonium non est contractum: vel si cepit sortiri effectum, is est commodè diuisibilis, vt contingit in exemplis num. 15. propositis, extinguitur tunc dispensatio? Duplex est sententia. Prior sustinet tunc non cessare dispensationem. Et potest probari, quia cessante causa non cessat effectus consummatus, & perfectus: secus quando nondum consummatus est: vt multis citatis tradunt Tiraquellus tractatu cessante causa, tota limitatione 12. Menochius de præsumpt. lib. 4. præsumptione 189. nu. 197. At effectus totalis dispensationis est ipsa legis relaxatio, quæ sit perillam. Cū ergo hæc consummata sit dispensatione semel iam facta, nil oberit in posterum cessatio causæ. Secundò, quia factum legitime non debet retractari, quāuis postea eueniat à quo non potuit inchoari: regula factum 73. de regulis iuris, in 6. & regula in ambiguis pro dotibus 83. §. non est nouum. ff. eodem titulo. Quæ regula intelligitur, vt tradunt Glossa ea regula factum, in sine, & ibi Dynus num. 6. Decius di&

§. non est nouum. num. 2. quando factum illud consummatum est. At in hoc euentu iam dispensatio erat in suo esse perfecta, & consummata. Non ergo eius firmitati nocebit, causam postea cessasse, etsi tunc eò quòd causa deeerat, concedi de nouo minime posset. Tertiò, quia per eam est verè relaxata lex, ac eius obligatio extincta. Qualiter ergo reuiscere potest, eò quòd causa cessarit? Quòd si dicas relaxationem fuisse sub conditione, nempe, dum causa perseverauerit. Id videtur gratis, & absque fundamento dictum: & aduersatur rectæ rationi. Quia virtute dispensationis temporaneæ, ac pendentes à conditionis persistentia, nequit matrimonium suapte natura perpetuum iniri. Et ideo huius sententia videtur clarè Antonius cap. post translationem. numer. 347. de renunciatione. & ibi Abbas in secunda lectura. num. 17. Tiraquellus tractatu cessante causa, in principio. num. 94. Gurierr. quest. Canonis. lib. 2. cap. 15. num. 30. & num. 132. & lib. 1. cap. 15. num. 22. in initio, vbi dicunt dispensationem quando est in fieri, ita vt ea non sit ius in esse perfectò acquiratum, cessare cessante causa: secus, si sit in suo esse perfectò, ita vt ex ea sit ius quæsitum: vbi quāuis non explicent quando dicitur dispensatio in suo perfectò esse consistens, & ex ea perfectè ius acquiratur. At manifestum est id contingere, quando iam omnino dispensatio facta est. Ex tunc enim ius perfectè acquiritur vtendi ea, ac contrahendi matrimonij. Quòd explicuit Gutierrez eodem nu. 22. sine, explicans quando dispensatio est in fieri, & nondum sortita effectum: id est, ante quàm Ordinarius dispenset: vnde expressè est huius sententia. Eandem tenent Glossa regula in argumentum 78. verb. in argumentum, ad finem, de regulis iuris, in 6. Speculator. tit. de dispensatione. §. vltimo. num. 12. Archidiacon. cap. quod pro remedio, & ibi Cardinalis Alexandrinus, & Bellemera statim in principio. 1. quest. 7. Henricus cap. ceteri Christus. num. 17. de iure iuran. Tiraquel. dicto tractatu cessante causa, in principio. num. 92. vbi dicunt dispensationem legitime factam non esse amplius reuocandam ob causæ cessationem, sed ad hunc sensum tantum cessare, vt deinceps similis dispensatio non sit ei, aut alteri concedenda. Quāuis idemmet Bellemera sibi contrarius dicit. cap. post translationem. num. 16. vers. si verò contra,

Vvv repro-

reprobet hanc distinctionem. Pro eadem sententia sunt Glossa. capit. ex tua. verbo irritari, de filiis presbyter. Angelus. verb. dispensatio. num. 14. & ibi Syluest. quæstio 6. vbi dicitur dispensationem non retrahari ex superuenienti facto. Et qui hanc sententiam amplecteretur, damnari non posset. Cum graues pro se auctores habeat; nec rationibus desituta sit: nec opposita ita concludant, quin solui possint.

14 Posterior sententia (cui tanquam multò probabiliori accedo) ait cessare tunc eius dispensationis valorem. Ducitur primò, ex cap. generaliter. 16. q. 1. & cap. tua, de cleric. nò resid. & c. Abbate, in fine, de verb. signific. ex quibus textibus constat reuocari gratiam, & priuilegium cessante causa. Secundò, ex l. Vranus. 72. versic. sed cum duo. ff. de fideiussorib. vbi dicitur quãdam fideiussoris obligationem extinguere: & redditur ratio his verbis: *vt quemadmodum incipere alias non possunt, ita nec remaneant.* Vbi Glossa. verb. remaneant, inde infert, quod impedit faciendum, destruere quoque iam factum. Et remittit se ad l. patre furioso. 8. verb. retinere. ff. de his qui sui, vel alieni iuris, vbi opponit multa impedire rem faciendam, quæ iam factam non dissolunt. Et respondet id esse verum, quando causa impediens est efficiens, scilicet quando est finalis: eam enim dicitur sicur à principio impedit actum faciendum, ita impedire factum. Cum ergo causa finalis deficiens impediatur dispensatione fieri, impedit quoque eam semel factã persequere, quoad illum effectum, qui nõ est in esse productus, vel si partim productus sit, impedit effectum successiuum, qui eodem modo diuidi potest. Tercio, quia facilius tollitur priuilegium, seu ius extraordinarium, & speciale, quale est dispensatio, quã ius commune. l. eius militis. §. 1. & ibi Glossa. verb. quocumque modo. C. ad Senatam Velleianum. Et docent multi alij, quos refert, & sequitur Tiraquel. tractatu cessante causa, limitatione 11. fine. At ius commune cessat cessante causa eius finali. Vt apud omnes compertum est. Ergo à fortiori ius speciale. Et confirmatur, quia lex generalis indulgens priuilegium aliquod cessat cessante eius causa finali. Atque ita Barbosa. l. 1. part. 1. à num. 85. ff. soluto matrim. multis allegatis tuetur cessante omninò ratione priuilegij per leges dori concessi, id cessare. Et constat, quia vni-

uersale axioma est, legem ex sua rationis cessatione cessare. Ergo multò maiori iure priuilegium, & dispensatio priuata cessabunt. Quis enim dubitet maiori firmitate gaudere priuilegium omnibus per legem indultum, quã tanta consultatione præuindicij solet, quã indultum speciali personæ: quod passim concedi solet. Et ampliùs confirmatur, quia priuilegium lege generali indultum est tanquam fauorabile interpretandum late. (vt dixi dispensatione 1. num. 7.) At dispensatio specialis est odiosa, & strictè interpretanda. (vt ibidem probauimus num. 3.) Si ergo illud cessat cessante ratione, à fortiori hæc. Quæritur, quia actus non operatur ultra agentium intentionem. cap. quemadmodum, de iureiurando. At in omni dispensatione subintelligitur cõditio, dummodo causa permaneat. Alias iniquus esset dispensans, si vellent suam dispensationem ad eum casum extendi, quo causa profus cessaret. Et maximè in voto, vel iuramento, in quibus ad dispensationis valorem exigitur causa. Ergo cessante causa cessabit. Et confirmatur ex l. ex facto, in principio. ff. de vulgari, vbi deciditur priuilegium patri concessum substituendi filio furioso, cessare filio sanæ mentis effecto: & euanescere substitutionem illi antea factam. Cum tamen priuilegium id iam esset ad effectum deductum: quia ius reuocabilis erat. Et redditur textus rationem his verbis: *Etenim inquam incipit fieri beneficium Principis, si adhuc id valere dicamus. Ausferret enim testamenti factionem homini sana mentis.* Sic ergo in nostro casu, cum cessante causa incipiat iniqua esse dispensatio, vt potè, quæ absque vlla ratione ex tunc eximit priuatum à iure communi, vel naturali Diuino, in præiudicium communitatis, cui id scandalò esse cessabit ex tunc quoad effectum, qui commodè reuocabilis est. Et confirmatur ampliùs, quia paria sunt nullam ab initio fuisse causam, & fuisse aliquam, sed illam omninò finitam esse. Vt expresse probatur ex l. 1. ff. de conditione sine causa: & l. nihil interest. ff. de nautico fœnore. Et docet Assidius quem refert, & sequitur Tiraquellus tractatu cessante causa, in principio numero 14. At quando à principio nulla esset causa, dispensatio irrita esset, vel illicita. Ergo eodem vitio afficietur, si cessante postea causa permaneat. Non est autem creden-

dum

dum velle dispensantem peccare, intendendo, vt dispensatio vim habeat in eo casu, in quo dispensatio, aut irrita esset, aut illicita. Quintò, quia Decius regula in ambiguis pro dotibus §. 5. non est nouum num. 3. ff. de regulis iuris, probat actum legitime factum retrahari, quando res ad eum casum pertinet, vt causa finalis deficiat. Tandem, quia absurdum videtur, vt is cum quo est legitime dispensatum ad carniuum esum, ratione debilitatis dubiæ, & quæ ex se non excusabat seclusa dispensatione, possit eis vesci si integram etiam miraculosè valetudinem recuperat. Et ideo pro hac sententia sunt multi Doctores, qui generaliter, & indistinctè tradunt cessante dispensationis causa ipsam cessare, hi sunt Glossa, cap. generaliter. verb. non de uagantes 16. quæst. 1. & cap. cum ex eo. verb. literarum, de electione in 6. & regula decet. 16. verb. decet, de regulis iuris, in 6. vbi Dynus nume. 2. Ioannes Andree. cap. post translationem. num. 29. initio, de renunc. Archidiacon. cap. 1. num. 1. dict. 55. Baldus. l. generaliter. num. 3. C. de Episcopis & clericis. Alexander. l. filius à patre. §. filius Familias. num. 2. ff. de liberis & posthum. idem Baldus rubrica de consuetudine. num. 25. Felius cap. quæ in Ecclesiis. num. 29. de constitut. Probus additio ad Monachum. cap. 1. num. 5. de filiis presbyter. in 6. Francus dict. cap. cum ex eo. nume. 2. notabili vltimo. Valascus consil. 60. num. 9. tomo 1. Brunorus in suo compendio, littera D. verbi. dispensatio cessare debet. Et multi alij, quos refert Tiraquellus tractatu cessante causa, in principio nume. 91. Et magis in specie id tradunt Abbas cap. suggestum. num. 5. de decimis: Tiraquel. alios referens dict. tractatu cessante causa, limitatione 23. num. 11. vbi docent priuilegium habens tractu successiuum cessare cessante causa.

15 Ex quibus omnibus inferitur, vt dispensatio valida sit, ac suam firmitatem conseruet, opus esse duplici tempore verificatorum causam finalem, ex qua valor dispensationis pendet, nimirum, tempore, quo Pontifex, vel penitentiarius concedit illam, committentes executionem ordinarij, vel confessorij, cognita precum veritate: & tempore quo hi exequuntur. Insuper est opus, vt tempore quo omninò consummanda est, assequens suum vltimum indiuisibilem effectum, nõ cessarit omninò causa finalis.

16 Sed dubitabis, quid si tempore medio inter concessionem Pontificis, vel penitentiarij, & executionem ordinarij, vel confessorij, deficiat veritas causæ, at vtroque tempore vera sit, an corruat dispensatio? Verbi gratia, si femina impetret dispensationem ad matrimoniu allegata causa dotis defectus, & verè dum Pontifex dispensauit, pauper erat: diues tamen effecta est antequàm literæ ad manus Ordinarij venirent: & iterum ante id tempus redijt ad pristinam paupertatem. Et videtur eam dispensationem non prodesse. Quia cum semel eius causa omninò cessarit, videtur quoque ipsa dispensatio cessasse. At semel cassata vires recuperare nequit, nisi à Pontifice iterum concedatur. At exillimo dispensationem valeat. Quia cum vim suam, & valorem habere debeat ex voluntate Pontificis, vel penitentiarij concedentis, & ordinarij, vel confessorij exequentis, sufficit eo duplici tempore causam esse veram, ne subreptionis vitio notari valeat. Sicut ad hæreditatem testamentariam exigitur, & satis est capacitas hæredis tempore facti testamenti, mortis testatoris, & aditionis hæreditatis: nec de medio alio tempore curatur. Vt per textum expressum. l. si alienum. 40. §. in extraneis. ff. de hæred. instituend. docent Glossa finalis. l. non oportet. 54. ff. de legat. 2. Sarmiento lib. 8. Selectarum, super ea. l. non oportet, in fine. Molina lib. 3. de primogen. cap. 2. num. 18. & 19. & omnes. Et sententia hæc constabit ampliùs ex dicendis num. sequenti.

17 Imò si causa vtroque hoc tempore verificetur, & sic legitime concedatur dispensatio, & si postea deficiat, & ita cesset dispensatio, credo mentem concedentis eam esse, ne ita cesset, vt valore suo destitatur redeunte illa causa: sed suspensus erit valor, ita vt dum causa non redijt, nec licitus, nec validus sit eius dispensationis vfus: at eademmet causa redeunte valebit dispensatio. Quia cum semel valida fuisse, sedum cogimur iudicare mentem concedentis esse, vt cessante causa cesset illius vfus, ne illicitus sit defectu causæ, qua honestari debet. Cum ergo redeunte eadem causa vfus sit licitus, credendum piè est eam esse Pontificis mentem, vt dispensationis valor nõ cassatus, sed suspensus redeat. Nec deest simile ad hoc comprobandum. Quia Ninnhacha lib. 1. de successuionum progressu, in præfatione num. 67. & duplici sequenti

& lib. 1. controuersiarum illustrium. cap. 46. num. 3. censet obligationem legis non omnino extingui cessante causa, sed suspendi, ac sopiri, ac proinde redeunte causa reuiuiscere. Ex his patet ad argumentum contrarium num. precedenti adductum.

18 Quid autem dicendum sit, si semel inito matrimonio cum dispensatione super voto castitatis, aut religionis, eoque dissoluto esset causa dispensationis? dicà dispensatione sequenti.

19 Ad argumenta num. 13. proposita respondetur. Ad primum dic, eam doctriam procedere de vltimato dispensationis effe-

ctu, & indivisibili: vt constat ex dictis num. 14. Ad secundum eodem modo respondetur non censeri illud factum legitime, & omnino consummatum. Ad tertium dic, illam relaxationem, sicut & legis obligationem pendere in seri, & conseruari à suà causa finalis existentia: dum vltimatus, & indivisibilis effectus non est iam consummatus: nec per hoc reddi dispensationem conditionalem. Cùm ea conditio tacite insit: ac semel matrimonio virtute illius inito, nil oberit cessare causam. Quòd effectus sit indivisibilis, & iam omnino consummatus.

DISPV. TRIGESIMAPRIMA.

An dispensatio in voto Castitatis, Religionis, nò nubendi, extinguitur priori matrimonio inito: vel eo cum quo dispensatur, egresso dispensantis territorium?

SVMMARIVM.

1 Quid questiones disputanda sunt. num. 1. An hæc verba in dispensatione voti castitatis contenta, dispensa, vt tunc contrahere possit: vel ad hoc tantum, vt tunc contrahere possit, vel hac vice dispensa, denotent dispensationem ad vnicam vicem? num. 2.

2 An dispensatio expressa ad matrimonium vnum, si id sit irritum, extinguitur? num. 3.

3 Quid, si id matrimonium irritum fraudulenter contrahatur? num. 4.

4 Quid, si fuerit validum, at ante consummationem dissolutum sit? num. 5.

5 Quid, si in dispensatione non exprimat, vt sit ad vnum, aut plura matrimonia, an extendatur ad plura? Refertur opinio. numero 6.

6 Explicatur quando sit dispensatio in his votis patriis, & quando totalis. num. 7.

7 An is cum quo dispensatur in voto Religionis, vt matrimonium ineat, possit eligere manere in seculo absque matrimonio? eodem numero 7.

8 Dispensatio totalis in voto Castitatis, Religionis, aut non nubendi non extinguitur vnicò matrimonio. num. 8.

9 Quid, si causa dispensationis post id matrimonium cessarit? num. 9.

10 Quid, si potestas dispensantis sit limitata, vt Episcopi dispensantis in his votis ratione vrgētis necessitatis? num. 10.

1 Quid, quando dispensatio non est totalis in his votis? num. 11.

2 An dispensatio in solemnibus Castitatis voto intelligatur pro prima vice? num. 12.

3 An quando dispensatio in his votis est ad contrahendum cum certa persona, intelligatur de prima vice? num. 13.

4 An duo voto Castitatis strictè impetrates dispensationem ad nutuò contrahendum, possint cum alijs contrahere, & eo matrimonio soluto ad aliud transire? num. 14.

5 Soluuntur argumenta. num. 15.

6 An dispensatio proficit extra dispensantis territorium? Refertur opinio. num. 16.

7 Explicatur sententia Authoris num. 17.

8 Satisfit argumentis. num. 18.

DVplex in hac disputatione questio inuoluitur. Prior est, de extensione dispensationis ad actum exercèdum vltra primum vicem. Posterior de extensione eius vltra territorium.

Questio prior. An dispensatio in votis castitatis, religionis, non nubendi, ad inèdum matrimonium, intelligatur de sola prima vice? Hoc difficultate vacat quòd ex dispensationis verbis colligitur ad vnicum matrimonium eam concedi. At aliquando verba non ita expressa sunt. Vt hisce diebus duplex ad me dispensatio allata fuit, altera voti religionis pro solo conscientia

foro

foro concessa; altera voti castitatis pro vtroque foro, & in hac sic dicebatur: *Votum commutis presertim N. ad hoc, vt matrimonium tunc contrahere possit.* In illa verò dicebatur sic: *Ad hoc tantum, vt tunc matrimonium contrahere possit.* Et vtraque verba meo iudicio non denotant, vt matrimonium restringatur ad primam vicem: sed eorū sensus est. Commuta votū, & partim dispensa in illo, ad eum solum esse actum, vt eum commutaueris, & dispensaueris, possit matrimonium inire: non autem quoad alios effectus. Et similiter quauis litera dicant (vt solent aliquando dicere) hac vice dispensa, vt possit matrimonium inire: non denotatur restrictio ad vnicum matrimonium. Sed sensus est, pro hac vice concedimus tibi facultatem dispensandi in eo voto, & nò generalem facultatem. Quare si persona illa voti illius dispensationem cōsequuta, iterum emitteret id votum, non posset commissarius hic eum illa dispensare. Et in omnibus prædictis verbis non esse animum restringendæ dispensationis ad vnicum matrimonium, vel ex eo colligi videtur: quia quando restringitur, id apertis verbis solet fieri, sub hac clausula: *Ita quòd si viro, cui coniungetur, superuixerit, rinas postea caelebs, & in castitate, vt eorūdem voto obligata.* Cùm ergo id non apertè dicitur, sed verbis tam ambiguis, non credendum est eam fuisse mentem. Quare an tunc accipienda sit ea dispensatio de sola prima vice, ex principijs generalibus deducendum est.

3 Quauis autem expressis verbis dispensatio restringatur ad vnicum matrimonium, intelligenda est, si id sit validum. Quippe matrimonium irritum non extinguit dispensationis effectum: concessio enim ad primum actum limitata intelligitur de primo valido. Actus enim irritus quasi non fuerit reputatur. Quod ex multis latissime tradit Tiraquellus. boues. §. hoc sermone, limitatio 1. à nu. 1. ff. de verb. signifi. Atq; idem tradit loquentes de illegitimo cum quo dispensatur ad vnicum beneficium, dicunt enim concessionem non finiri collatione beneficij irrita, Anchar. c. 1. q. penult. de filijs presbyt. in 6. & ibi Dominicus nu. penult. Francus nu. 13. Quia dispensatio debet intelligi cum effectu.

4 Hoc intellige, nisi is cum quo dispensatum est, scienter id matrimonium irritum inierit. Tunc enim ne ex fraude sua cōmò reportet, vt professus extinguitur eo primo actu. Ita docent Anchar. Domini-

cus, Francus, Tiraquel. ea limitatione 1. à num. 29. latissime id probans, vbi eos nu. præcedenti allegauit.

Nec ea dispensatio extinguitur primo matrimonio valido, soluto tamen ante cōsummationem, aut morte, aut professione alterius coniugis, aut Pontificis dispensatione. Quia non dicitur perfectè, & omnino ininitum id matrimonium, ad quòd dispensatum est, si non cōsummetur. Nec dispensatio suum effectum est sortita: vt potè, quæ ad id est, vt matrimonium consummetur. Et sola matrimonij cōsummatio repugnat voto.

6 Tota ergo difficultas est, quando dispensatio nec restringit ad primum matrimonium, nec explicat, vt liceat toties quoties libuerit. Et videtur ea intelligi de sola prima vice: ex c. 1. §. ille verò, de filijs presbyt. in 6. vbi deciditur illegitimum cū quo dispensatur ad beneficium, nò posse nisi vnicum obtinere. Et redditur ibi ratio, eò qd dispensatio sit stricti iuris. Quæ verba non solum plurium beneficiorum retentionem interdicerent videntur. Cùm tunc nil ambiguum deciderent. Id enim in beneficijs curatis de quibus loquitur ille textus, interdictum erat omnibus, etiam irregularibus non essent. c. de multa, de prebend. Nec ratio textus congrueret: id enim non puenit ex stricta dispensationis intelligentia: sed ex natura beneficiorum curatorū, quæ incompatibilia sunt. Atque ita intelligunt eum textum. Archidia. ibi, in fine. Lapsus quæ refert, & sequitur ibi Anchar. q. penult. Dominicus. num. penult. Fræcus num. 12. & cap. nò potest, in principio. nu. 7. de prebend. in 6. dicens, hunc intellectū esse stylo Curie approbatum. Rebuffus præxi benef. tjr. de dispensatione super defectu natalium. nu. 83. atque eam reddit rationem. Quòd gratia priori illo actu sit suū effectum cōsequuta. Quare Dominicus eodem. c. 1. §. ille verò nu. 2. & Francus ibi num. 4. colligit ex eo textu hanc regulā. Dispensatio tanquam exorbitans, & odiosa non includit nisi primum actum subsequenter, atque eo impleto extinguitur. Secundo ex l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. signifi. vbi deciditur sermone simpliciter prolatum intelligi de prima vice: & sic nuptias de primis. Et pro hac sententia est Henriquez lib. 12. de matrim. cap. 5. num. 7. in commento. litera V. vbi ait dispensationem, vt professus ducat uxorem, intelligi de prima vice.

7 Sed ut meam sententiam explicem, dispensatio in his votis potest esse totalis, aut partialis, & restricta. Totalis est, quando absolute, & absque limitatione aliqua conceditur. Partialis autem, quando quoad actum determinatum, vel respectu personae determinatae conceditur. Ut est partialis, quoad actum, quando dispensatur in voto castitatis, vel religionis ad matrimonium ineundum. (vt communiter in ea dispensatione explicari solet.) Est autem tunc partialis, eo quod non sit integra in voto dispensatio. Si enim ille fornicaretur, reus esset voti castitatis violati. Et in voto religionis est votum. Quia si dispensetur cum vouente religionem ob vehementes carnis tentationes, aliamve causam cui solo matrimonio subuenitur, non posset ille virtute dispensationis manere in seculo absque coniugio. In voto autem non nubendi esset dispensatio totalis. Quia id votum nullo alio actu ingerdit. Partialis autem dispensatio quoad personas esset, quando esset ad matrimonium cum certa persona ineundum.

8 Prima conclusio sit. Si dispensatio sit absoluta, & totalis in voto castitatis, religionis, aut non nubendi, probabilis existimo licere toties quoties inire matrimonium, & sic non extingui prima vice. Ducor, quod dispensatio absoluta voti sit voti relaxatio, at eo relaxato non est, quid impedit transitum ad posteriores nuptias, prioribus solutis. Et confirmatur, quia quando mens est restringere ad prius matrimonium, id expressè in literis cauetur. (vt diximus num. 2.) Signum ergo est, ea clausula non adiecta non esse mentem restringere. Secundò, quia licet dum dispensatio non conceditur absolute in impedimento, sed ad certos actus, vt dum dispensatur cum irregulari ad ordines, vel ad beneficium, restringenda sit, vt intelligatur de minoribus ordinibus, vel de vnico beneficio: at secus est, dum absolute tollitur irregularitas per dispensationem. Tunc enim ad omnia intelligitur sublata. (vt diximus disput. 1. num. 28.) At hæc dispensatio in voto est absoluta, & totalis. Et pro hac sententia sunt à fortiori Doctores, quos num. 11. sine referam.

9 Hæc tamen conclusio limitanda est primò, nisi causa dispensationis omnino cessarit. Tunc enim non licebit ad alias nuptias transire, sed redibit prioris voti obligatio. Ducor, non eò quod censam dis-

10 pensationem restrictam esse ad vnicum actum: sed quia omnis dispensatio intelligitur concessa dependere à suæ causae finalis duratione, quoad actus non consummatos diuisibiles. (vt probauit disput. præcedenti num. 14.) Cum ergo posterius matrimonium sit diuisibile à priori, & nondum in initum sit: cessabit dispensatio, quoad illud, cessante causa eius. Quod de voto religionis limitarem, si res permaneat in eodem statu. Nam si vouens iam esset senior factus, vel alias religioni ineptus, vel sobolem educandam haberet, exiitimo mentem dispensantis esse, vt in hoc euentu non teneatur ad votum.

10 Secundò temperanda est, nisi potestas dispensantis limitata sit. Vt si Episcopus in votis absolutis castitatis, vel religionis dispenset ratione vrgētis necessitatis, ea dispensatio primo actu finietur. Quod Episcopus nequeat tunc absolute dispensare, sed quatenus est necessarium ad illi necessitatis subueniendum. Quod probauimus disput. 9. num. 26.

11 Secunda conclusio. Quando dispensatio esset partialis quoad actum, vt in voto castitatis, aut religionis, ad contrahendum matrimonium, non caret magna probabilitate asserere eam dispensationem primo actu extingui. Vt probant rationes num. 6. adductæ. At probabilis reputo non extingui, sed licere ad alia matrimonia transire permanenti eadem dispensationis causa. Ducor, quod ea restrictio tantum videatur excludere, ne voto castitatis ligatus excusetur à sacrilegio fornicando: & ne vouens religionem possit non inire matrimonium manere in seculo. (vt num. 7. explicuimus.) Non autem videtur excludere transitum ad alias nuptias prioribus solutis. Quia enim id intenditur, expressis verbis dicitur. (vt diximus num. 2.) Secundò, quia cum absoluta sit dispensatio in ordine ad matrimonium ineundum, tollit absolute vinculum matrimonio obstatans. Nil ergo impedit transitum ad aliud. Tertiò, quia quando absolute dispensatur cum illegitimo ad beneficium, est satis probabile eam dispensationem non arctari ad primum beneficium, sed eo dimisso extendi successiue ad aliud, & aliud. Quod tuerentur Io. Andr. cap. 1. de filiis presby. in 6. & cap. non potest. num. 5. de præbend. in 6. Angelus. verb. beneficium. num. 24. & ibi Armilla num. 29. Syluest. verb. beneficium. 3. quæst. 11. num. 14. Tabiena verb. beneficium.

1. q. 17. num. 19. & reddit Ioann. Andr. rationem. Quia dispensatio illa reddens illegitimum capacem, non respicit beneficium, sed personam. Et clarè hoc videtur indicare verba textus dict. c. 1. in fine, ibi: *Nisi vnicum beneficium obtinere.* Tantum enim significant non licere illi virtute dispensationis, nisi vnicum retinere beneficium, non autem duo simul. Nec obstat ratio num. 6. adducta contra hanc declarationem. Quia textus ille de omni beneficio loquitur: & ita quid speciale decernit in irregulari, ratione strictè intelligentiæ dispensationis. Nam si is non esset irregularis, posset simul duo beneficia compatibilia, quorum neutrum decenti sustentationi sufficiens est retinere. Quod illicitum est irregulari, cum quo absolute dispensatur ad beneficium. Ergo similiter dispensatio in voto castitatis, aut religionis ad matrimonium non extinguetur primo actu, vt potè que impedimentum personæ, potius, quam ipsum matrimonium respicit. Hanc tenet Stanica. quæst. 6. de voto. num. 125. dicens professum cum quo dispensatum est ad matrimonium, posse viduum effectum ad aliud transire: (de hoc tamen exemplo dicantur sequenti.) pro eadem est Angles floribus. 2. par. vbi de voto. q. vna, artic. 8. post secundam difficultatem, dubio 1. vbi ait monachum hunc non teneri mortua uxore ad religionem redire.

12 Hinc deducitur, an dispensatio ad matrimonium absolute concessa in voto castitatis solemniter extendatur ultra primam vicem, perpendendum esse quando aliud non exprimitur in ea, ex causa ob quam conceditur. Si enim eadem causa adhuc permaneat, cum dispensationis verba restricta non sint, licebit eo dissoluto matrimonio ad aliud transire. Et in hoc casu est verum, quod ex Stanica num. præcedenti retulimus. Secus si causa non permaneat, vt si dispensatum est cum professo quod deesset successor in regno, habuit sobolem ex primo matrimonio, vel in ea ætate dissolutum est, vt iam sit impotens ad generandum, nequit ad aliud transire.

13 Vltima conclusio. Quando dispensatio in his votis limitatur, quoad personam cum qua ineundum est matrimonium, perpendendum est ex causa dispensationis allegata, an mens sit dispensantis limitare, quoad illam personam. Si enim ea causa nullatenus concernat personam illam, sed omnino se teneat ex parte eius, cum quo dispen-

14 satur, nec dispensans motus fuerit, vt specialiter gratificaretur ei personæ cum qua contrahendum est, ea dispensatio censetur absoluta ad matrimonium: ac proinde causa perseverante extenderetur ad quodvis aliud matrimonium: & ad ineundum quoque non cum illa, sed cum quavis alia persona. Secus si causa teneat se ex parte personæ illius cum qua est matrimonium contrahendum: vel ob aliquam speciale rationem vellet ei dispensans gratificari. Tunc enim ad id solum matrimonium, & cum ea sola persona dispensatio extenderetur. Exemplum prioris partis sit: vt si allegauit vouens se maximis carnis stimulis vrgeti, & petijt dispensationem ad ineundum matrimonium cum Maria, nulla alia allegata causa: nec dispensans habet specialem Mariæ cognitionem, ob quam vellet illi specialiter gratificari. Ex plù posterioris partis, quado allegaretur eam feminam defloratam esse à vouente, & nisi eam ducat, fore vt maneat innupta: vel ob aliquas speciales causas iuste presumitur in dispensante voluntas illi gratificandi. Ratio autè conclusiois est. Quia in priori parte, nil prolius artinet ad dispensationem expressio personæ cum qua est contrahendum: nec illa persona mouet aliquo modo ad dispensandum: secus in posteriori. Quod si obijcias, hinc sequi dispensationem ad contrahendum inter duos consanguineos nominatos, causa omnino existenti ex parte femine, porrigi, vt illa possit nubere alij consanguineo, omisso illo. Neganda est sequela. Quia cum vtrumque extremum impedimento dirimenti labore, indiget vtrumque dispensatione. Et quantum dispensatum esset cum vtroque, ad contrahendum cum alia persona consanguinea, neutrum haberet sublatum consanguinitatis impedimentum, nisi respectu illius personæ, cum qua secum dispensatum est: & sic non posset virtute illius dispensationis cum alia persona contrahere. At in nostro casu solus vouens impedimentum laborat: & illud quæ se habet, & indifferenter ad contrahendum cum illa persona, vel cum alia. Quod si vterque votum emisisset, & sic in vtroque esset impedimentum, id esset omnino accidentarium, nec impedimentum vnus est specialiter erga alium, sed indifferenter se habet ad quodcumque matrimonium.

Hinc deducitur, si duo voto castitatis altricti dispensationem ad mutuo contrahendum impetrent, allegata causa cuiusvis

illorum independenter ab altero, posse virtute illius virtutis illorum cum quavis alia persona non impedita contrahere: & durante causa, si dispensatio non sit expressa ad vincum matrimonium, posse eo soluto ad aliud transire. Vt si quis illorum allegaret se stimulis carnis agitari. Quia tunc est duplex omnino diversa dispensatio: & neutra ab alia pedit. Secus si causa allegata versaretur specialiter inter hos. Vt si allegarent se mutuo inter se concubinato irretitos esse: vel feminam illam ab hoc infamam. Tunc enim ad solum matrimonium inter illos incedendum, dispensatum censetur.

15 Ad argumenta nu. 6. proposita respondetur. Ad primum, constat ex dictis num. 11. Ad secundum, dicitur limitari eam regulam, nisi post primum adum maneat eadem dispositionis ratio. Vt bene docet Tiraqueus ead. l. boues. §. hoc sermone, limitatione 10. num. 1. Præterea intelligitur, quando non tollitur obsecrati: ut si esset mera nubendi licentia: secus quando tollitur. Vt in hac dispensatione contingit.

16 **Q**uestio posterior. An dispensatio extendatur, ita ut pro sit extra dispensantis territorium: ut si Episcopus dispenseret cum subdito in voto non nubendi, possit ille virtute illius dispensationis, ubiq; terrarum ad nuptias transire, absq; voti violatione? Et videtur pars negans. Quia legitimatio plena, & omnimoda facta per Pontificem, nullatenus extenditur quoad bona temporalia, ut vim habeat extra loca temporalia Pontificis iurisdictioni subiecta. Vt tradit ferè omnes: eo quod temporalis Papæ iurisdictione ad id requisita, non excedat eorū locorum limites. Ergo similiter cum Episcopi potestas non excedat suæ diocesis limites, eius dispensatio non ultra extenditur. Et confirmatur, quia dispensatio Episcopi ad plura beneficia, quando ad id dispensare potest, non prodest ultra eius diocesis: sed is Episcopus dispensare debet, in cuius diocesi est beneficium est. Vt docent Glossa cap. dudum, el. 2. verb. intitolatam, sine, de elect. & cap. cum ex eo verb. subiectas, eodem tit. in 6. vbi Dominicus num. 7. velf. nota istam. Francus num. 3. Chastanus in consuet. Burgundie, rubrica 9. nu. 13. & sequentibus: & ibi eius Additionator post num. 16. Rebuffus cap. extirpandæ. §. qui verd, art. 5. notabili 20. de præbend. atq; concludit tunc esse dispensationem non extendi extra dispensantis territorium: atq;

id verum esse etiam quando per dispensationem tollitur persona obsecrati. Per doctorem Bartoli. l. q. 7. a num. 40. C. de summa Trinitate, vbi post longam disputationem concludit num. 41. vers. ad contraria respondeo, sic distinguens. At si loquitur circa solemnitatem alicuius actus, tollendo solemnitatis iure requisita obsecrati: & tunc actus gestus in eo loco est eius loci solemnitate, habebit effectum ubiq;. l. fin. C. de testam. aut tollitur obsecrati incapacitatis persona, quia, nimirum, persona iure incapax efficitur capax. Et hoc casu dispensatio non habet effectum extra territorium. Cum ergo sublato matrimonio impedimento per dispensationem, tollatur incapacitatis persona ad illud validè, aut saltem licitè incedendum: non erit integrum ea vi extra dispensationem concedentis discessim.

17 **A**t tenendum est, eam dispensationem ubiq; prodesse. Ducor, quia (vt notant Dominicus, Francus, Chastanus num. præcedenti allegati, Decius consil. 207. plehrū est dubium, a num. 2. volum. 2. Probus addit ad Monachum cap. officij, num. 17. 18. de offic. legati in 6.) quando dispensatur cum aliquo circa aliquam rem, sic distinguendum est. Aut impedimentum consistit ex parte persone cum qua dispensatur: aut ex parte rei ipsius in qua dispensandum est. Quado ex parte persone, tunc dispensatio proprii prelati persona habentis impedimentum, porrigitur in quemcumq; locum: secus est, quando probentur ex parte ipsius. Tunc enim astat territorium dispensantis. Ratio discriminis est. Quia in priori casu tollitur persona incapacitas ac proinde cum ea nullo impedimento affecta maneat, nil obstat ut ubiq; virtute eius dispensationis capax sit. At in posteriori, cum res illa ex qua impeditur consentit, non sit subiecta prelati dispensanti, ut potè, quæ extra eius diocesis sita est: eius dispensatio non poterit impedimentum se tenes ex parte illius rei auferre. At in presenti casu impedimentum ad matrimonium incedendum provenit ex parte persone. Ergo dispensatio proprii prelati in illo prodest ubiq; atq; ita non obstat simile numer. præcedenti allegati, de dispensatione circa beneficiorum pluralitatem, quæ in diversis diocesis sita sunt. Quia Doctores ibi allegati asserentes non posse proprium Episcopum, sed eum quod dispensaturum in cuius diocesi situm est

beneficium, innuntur eo qd secundum beneficium est illud, quod inducit impedimentum, & ita est dispensaturus Episcopus loci in quo est secundum beneficium. At Decius, & Probus proxime allegati, Rebuffus in concordatis, vbi de forma mandati Apostolici, super verb. dispensationum, a vers. quæro, an dispensatus per legatum, dum dicuntur posse Episcopum proprium dispensare in ea pluralitate, ducuntur eo quod ex iustitia impedimentum non oriri ex parte beneficii, sed ex parte persone. Cum enim habeat unum beneficium, non est ad aliud priori retento idonea. c. is cui, de præb. in 6. Et ideo hanc sententiam sustinet Innocentius cap. venerabilem. num. 3. qui filij sint legit. & ibi Ioann. Andr. nu. 6. Cardin. nu. 10. quest. 2. vbi tradentes de illegitimo cum quo Episcopus dispensat ad ordinem minores, & beneficium simplex, dicitur eam dispensationem ubiq; prodesse. Quia in nullus est præiudicium. At secus (ajunt Innocentius ibi. num. 2. & Ioann. Andr. num. 6.) de legitimatione ad bona temporalia. Quia

id consistit in tertij damnum. Idem tenet loquens de dispensatione Episcopi cum suo subdito ad edenda alicuius, & carnes, dicens ubiq; prodesse. Natur. lib. 5. consil. tit. de privilegijs, in prima editione, consil. 15. in. in 2. consil. 6. fin. Idem tenet alios referens Bolognetus. l. fin. nu. 36. ff. de iurisdic. omn. iudicium.

Ad argumenta num. 16. proposita respondetur. Ad primum dicitur id euenire ob tertij præiudicium: vt ex Innocentio, & Ioanne And. diximus num. præcedenti. Vel secundum dicitur, id non esse impedimentum solius persone, sed etiam rei. Quia successio in bona temporalia est merenda legibus regni, in quo succedunt leges regni, in quibus celebrantur. Et quia Pontifex nequit his legibus, quæ iuste sunt, derogare, ideo eius legitimitas quoad bona temporalia non prodest extra loca illi temporaliter subiecta. At in nostro casu provenit impedimentum ex parte persone. Ad confirmationem constat ex dictis num. præcedenti.

DISPUTATIO TRIGESIMA SECUNDA.

An si impetrans dispensationem illi renunciet, possit amplius ea prodesse?

SUMMARIUM.

Proponitur probantia ubi semel renuntiat est dispensatio, eam non posse prodesse. nu. 1. Prodest dispensatio, dum superior non acceptat renunciationem. num. 2. Quid, si sit dispensatio in voto, vel iuramento: & quando hæc commutata sunt, & votens relicta commutatione semel acceptata, legit iterum votum: an possit ad commutationem redire? num. 3. An sufficiat renunciationem dispensationis acceptari ab ordinario, vel confessore, cui eius exequutio committitur? num. 4. An vires amittat dispensatio, si impetrans illa cancellat, vel condonat? num. 5. An si dispensatione obtenta, et duo consanguinei contrahant, alter vel vterq; ad alias nuptias transierit: vel impetret dispensationem ad contrahendam cum alio consanguineo, pereat prima dispensatio? num. 6. Satisfit argumentis. num. 7.

amplius mutata voluntate dispensatione virtus sua deri ex sequentibus. Primo, quia quod semel placuit, amplius displicere non potest: regula quod semel 25. de regulis iuris, in 6. Secundo, nam is quem penitet, iurij suo renuntiat, ac contradicit, non auditur amplius illud allegans, c. prohibentur. 2. q. 1. cap. de his, de accusatione. cap. quam periculo sum. 7. q. 1. vbi Glossa alios textus concordantes allegans. verb. quam periculosum, inde inferre renunciantem iuri suo id repetere non posse. Ex eo enim quod quis impugnavit, frum confecti qui non debet regula ex eo, de regul. iuris, in 6. Tertio, quia quod semel ab aliquo repudiatum est, redintegrari ab eodem non potest. l. si. C. de conditionibus insertis. Et notat ibi Baldus num. 3. notabili 4. Tandem, quia privilegium amittitur non vbi, quasi is se renuntiatio tacita. Ergo a fortiori renuntiatione expressa.

Videtur pars affirmans impetrantem, qui semel dispensationi renuntiavit, non posse

Cæterum tenendum est, quamdiu superior non acceptaverit illam privilegium, vel dispensationis renuntiationem, sed in eadē